



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus tollendi scrupulos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA.

dentiam, contra verò præcipuus
amor, præcipuam præstat fiduciam:
Amor namq; diuinus vnicus est, qui
in anima spem & fiduciam de mise-
ricordia, bonitate & liberalitate il-
lius adauget.

Modus tollendi scrupulos.

PRIMVS modus est. Præcipuū *Confidentia*
studium adhibere, vt spem & fidu- *in Deum ra-*
ciam erga Deum in nobis adaugea- *medium op-*
mus: neque enim quicquam ani- *timū contra*
mæ ad perfectionem anhelati adeò *scrupulos.*
necessarium est, quàm singularis in
Deo fiducia. O sancta spes. O beata
confidentia. Beatus qui tibi locum
in corde suo præparat: quandoqui-
dem cum quadam spiritus liberta-
te, scrupulis omnibus eliminatis,
lætus & gaudens Domino famula-
tur: nec quicquam eorum quæ po-
test, aut ad quæ agenda obligatus
est, omittit.

SECUNDVS modus est. Con-
fessarij, aut pij alieuius, & in spiri-
tualibus exercitati Patris consilijs
acquies-

136 SPECVLVM ANIMAE
acquiescere, nec ab ijs vel latum un-
guem recedere.

*Scrupuli
contemnen-
di sunt.*

TERTIVS est. Scrupulos con-
temnere ac flocci facere, de que ijs,
cum consilio tamen Confessarij, nō
amplius confiteri: hac ratione facile
malo huic curationem facies: Quōd
si neglexeris atque contrarium ego-
ris, vitam semper miseram, multif-
que molestijs & anxietatibus ple-
nam, exiges: & periculis plurimis,
quoad ea, quorum scrupulis vexa-
ris, temetipsum obijcies, dum vi-
delicet multa quæ ex se crimina nō
sunt, peccata esse censes, per q̄; hanc
firmam opinionem, peccati reus ef-
ficeris.

Fuge igitur anima pia, pestem
hanc: Caue ne serpens hic virulen-
tia sui te inficiat: quia plagam le-
thalem atque immedicabilem tibi
infliget, nisi prospexeris.

*Christus
cruci affixus
optimū con-
tra scrupu-
los remediū.* Quapropter sollicita & vigil
esto anima, & confide in Christo
IESV, qui immensæ clementiæ, be-
nignitatis & misericordiæ est:
Quid enim ab illo tibi metuendum
est?

est? Aspice vt in cruce pendeat bra-
 chijs expansis quo te complectatur:
 Cerne caput spinis tui amore con-
 fixum & cruentatum: Contuere
 oculos tua causa lachrymis sangui-
 ne permixtis madentes: Contem-
 plare sanctissimos pedes eius: at-
 tende benedictas & sacrosanctas
 manus eius, quæ coelum & terram,
 & omnia visibilia & inuisibilia ar-
 chitectata sunt, clavis perfossas,
 duroque crucis ligno tui amore af-
 fixas: Aspice denique tenerum &
 innoxium corpus eius, tua causa de
 statu suo penitus conuulsum ac la-
 befactatum.

O IES V, quomodo tibi hanc in- *Scrupuli in-*
 iuriam irrogabo, vt de te diffidam? *iuriam irre-*
 Absit à me tantum scelus dulcis IE- *gant Deo.*
 s v. Imò verò in te omnem spem &
 fiduciam meam reponam, teque
 cum Propheta his verbis alloquar.

Tu es refugium meum à tribulatione qua *Psal. 31.*

circumdedit me: Tu eruisti animam meam

vt non periret, proiecisti post tergum tuum *Isai. 38.*

omnia peccata mea.

Tu es ipse Rex meum, & Deus meus, qui *Psal. 43.*

ISA SPECVLVM ANIMAE
mādas salutes Iacob. Nō enim in arcu meo
sperabo, & gladius meus non saluabit me.
Sed dextera tua & brachiū tuū, & illumi-
natio vultus tui, quoniā complacuiisti in eis.

Psal. 30.

Quoniam fortitudo mea & refugium
meum es in, & propter nomen tuum deduce-
ces me & enutries me.

In Deo pijs-
simo speran-
dum.

O IESV dulcissime amor meus,
cur non sperem in te, qui infinitæ
bonitatis & clementiæ es? Quid
enim aliud es o dulcis IESV, quam
totus amor, totus benignitas, totus
pietas, totus misericordia?

Deus nihil
aliud est
quàm amor
& miseri-
cordia.

O anima mea, quid est IESVS
nisi amor? Si sponsi tui IESV natu-
ram anima mea perscrutata fueris,
nihil aliud reperiēs quàm amorem
& misericordiam?

Psalm. 38.

Deus meus misericordia mea.

Deus meus misericordia mea.

Deus meus misericordia mea.

Oratio ad
Deum pro
amoris in-
gredia.

O IESV amor meus, en effundo
animam meam in conspectu tuo,
cor meum & viscera mea ante pe-
des tuos abijcio. Spes mea IESV,
tui amoris igne ardere desidero:
quocirca te suppliciter oro: dignare

tui amoris ignem de coelis mitte-
re, qui cor meum & viscera inflam-
met, depascat, atque consumat: qui
corpus & animam luculentis flama-
mis incendat. O Deus meus quando
tui amoris facibus totus ardebo:
quando tui amore languidus ante
pedes tuos emoriar: Dulcissime &
amantissime I E S V, benedictum
fit sanctissimū nomē tuum I E S V S
in sæcula. Amen.

*De dulcedine cōsolationum spiritua-
lium, Macula X X V.*

CAPVT XXVI.

QUAM magna multitudo dulcedinis *Psalm. 30.*
tue Domine, quam abscondisti timen-
tibus te.

O quàm ineffabiles sunt Domine *Consolatio-
nes, quibus
Deus seruos
suos recreat,
ineffabiles.*
consolationes & dulcedines, quas
in illorum, qui te in hoc mundo, ca-
sto ac feruido amore complectun-
tur, cordibus, atque intimis medul-
lis, oculis atque recludis. Quantæ
ergo ô Pater benignissime, ô Deus
amantissime, & quales erunt illæ,
quas eis in futuro sæculo reseruas?

Quam